



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

12. An dari possit in communionem particula hostiæ majoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

## ARTICULUS XII.

*Utrum dari possit in communione particula Hostiæ majoris.*

Suppono pro hoc casu quod non adsint aliqua parvæ Hostiæ consecratæ, aut non sit tempus ut consecrentur, alioquin hoc non liceret ob aliquam saltem irreverentiam quæ per hoc committeretur.

Quando igitur non potest aliter fieri, nihil video quid obstat quare non esset licitum. Nullum enim præceptum est Sacerdoti, ut integram Hostiam sumat; sicut non tenetur sumere totam quantitatem specierum, quas consecrat, & interdum v.g. in die cænæ duas magnas Hostias consecrat, quarum una tunc tantum sumitur à Sacerdote.

Sic etiam S. Thomas 4. dist. 12 q. 3. a 2. q. 2. 1. ubi dicit: *In tali casu videl. infirmantis ad mortem. Non oportet quod Sacerdos communionem intermittat, sed potest dare infirmo petenti partem Hostiæ consecratæ.* Sylvester autem v. *Eucharistia* 2. n. 15. §. sextum. Hoc extendit etiam ad casum quo aliquis communicare vult ex solâ devotione. Bonacina etiam de Sacram. 4. q. 5. p. 1. n. 13. qui requirit rationabilem causam, quæ etiam potest esse sola ardens devotio petentis. Et Suarez disp. 85. sect. 2.



sect. 2. Joannes Sanchius q. 22. n. 21. dicit ita statutum haberi in Rubric. Missalis jussu Pii V. de defect. Miss. v. *si Sacerdos.*

## ARTICULUS XIII.

*An Regulares habentes speciales ritus in celebrando, conformare se debeant in Missione ritui Romano.*

Certum est quòd in suis Monasteriis, sive extra Missionem, observare debeant proprios ritus ipsis concessos, sive per privilegium, sive per antiquam consuetudinem: debet enim Religiosus sequi statuta Ordinis sui, ut sit in toto Ordine uniformitas; nec enim frustra aut sine causa proprii illi ritus ab Ecclesia permittuntur, aut per privilegium conceduntur; imo in hoc videtur relucere pulchritudo quædam Ecclesiæ, uti relucet in diversitate religionum, regularum & vestium.

Nihilominus in Missionibus conformare se debent communi ritui Romano, ad vitandum scandalum: multi enim simplices percipere non possent illius difformitatis rationem. Et sicut non est ibi diversitas vestium, quibus diversi Religiosi ab invicem & à sæcularibus Sacerdotibus distinguuntur, ita non est conveniens ut diversos ritus observent, — maxime

in

DE

in illo ta  
licet Or  
cundum  
versa in  
celebran  
illas par  
commu  
dignosci

A

An qui  
inc  
i

QU  
ce  
batum  
gularit  
semel c  
sumpti  
Sed  
mentu  
ritur,  
obligat  
difficu  
4. Ref